

mantere, & defendere stratam illam pro posse bona fide. Infra scriptus Thomas inde hanc chartam fieri rogavit ut supra. Actum in Cæsarea in domo Consulium fideliter; interfuerunt testes rogati Obertus Natta, Petrus Canefrus, Jacobus Rodecauda, Manfredus de Stulto, Samuel Rubeus, Stephanus Judex Guastavinus.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo nonagesimo primo Indictione nona, die Veneris 13. intrantis septembris præsentia testium, quorum nomina subter leguntur. Ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, ad honorem, & servitium Domini Imperatoris Henrici. Dominus Ioannes Abbas Monasterii S. Salvatoris de Papia voluntate, & consensu Monachorum, scilicet Magni, Vermi, Alberti, Ruffini, Præbiteri Lantelmi, Ottonis, Anselmi Boni, & Joannis auctoritate, & consensu conventus prædicti Monasterii fecit donum Ganducio Consuli Cæsareæ nomine Communis ipsius Cæsareæ quartæ partis totius pedagii de Bassareguccio, ut faciant de cætero quidquid voluerint sine alienatione. Item dedit ei tale jus in Bassareguccio, & Frixonaria, quod nemo possit colligere pedagium in prædictis locis, neque in eorum territorio sine licentia sua, & Communis Cæsareæ. Infra scriptus Abbas auctoritate, & consensu Conventus promisit infra scripto Ganducio nomine Cæsareæ, quod de cætero hoc donum datum, & firmum tenebit, nec de eo Commune Cæsareæ aliquo modo impedit, & ipse Ganducius promisit ei pro Commune Cæsareæ tueri, & defendere stratam bona fide si aliquis turbaret eam. Item defendere, & mantere partem illius ad proficuum ipsius. Actum in Claustro S. Salvatoris feliciter. Infra scriptus Abbas cum prædictis Monachis, & Conventu hanc inde chartam fieri rogaverunt ut supra. Interfuerunt testes rogati Adam Monachus S. Petri de Celo aureo, Eloca filius Petri Malevolæ, Iacob sapientis, Gruotus.

*Fædus Dominorum de Rivalta de Burmia Vassallorum Marchionum de Bosco cum populo Alexandrino.*

M C X C I.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo primo, Indictione nona, die lunæ in festivitate SS. Simonis, & Iudæ, die quarto calend. novembris in Cæsarea juxta Ecclesiam Beati Petri concordēs fuerant Consules Cæsareæ Obertus Spande, D. Ruffinus Garobaldus Ganducius, & Armanus Saccus, Tubaldus Guerra, Gilius Carolus Manfredus de Valentia, Obertus Moicius, Opizo Straneus, Armanus Morus, Anfusus de Trazono, Balerinus, & Vermus Platus, & domini Castri de Rivalta de valle Burmiæ. D. Bonaccius, Anselmus Guarcinus, Nicolaus, Petrus filius Guidonis Guarcini pro se, & pro confortibus suis omnibus de prædicto castro, quod prædicti domini de Rivalta salva fidelitate domini Imperatoris Henrici, & omnium suorum dominorum anteriorum debent facere pacem, & guerram, ubi voluerit Commune Civitatis Cæsareæ. Item debent facere duas perticas fossati civitatis Cæsareæ, & ire, & facere expeditionem,

ubi voluerit Commune ejusdem Civitatis, nisi cum ibunt in expeditionem D. Imperatoris, & tunc debent ire in comitatu Civitatis Cæsareæ, si Commune Cæsareæ erit in illo exercitu, & hæc omnia infra scripti Domini de Rivalta pro se, & suis confortibus ejusdem castri promiserunt, & juraverunt super sancta Dei Evangelia attendere, & observare omni tempore istis Consulibus Cæsareæ nomine, & vice Communis Cæsareæ stipulantibus, & Sacramenta recipientibus. Item infra scripti domini de Rivalta fuerunt confessi se non esse Vassallos marchionis Montisferrati de Castello Rivalta. Versa vice infra scripti Consules promiserunt, & juraverunt nomine consilii Cæsareæ adjuvare eos, & mantere ab omni homine excepto Imperatore, & exceptis Marchionibus de Bosco, scilicet Anselmo, & Delfino, & salvis anterioribus juramentis suorum amicorum, tali modo quod si anteriores amici Cæsareæ nollent obtemperare, & facere concordiam cum illis de Rivalta de aliqua discordia, si emergeret inter eos quod absit Commune Cæsareæ, scilicet Obertus Spande, dominus Ruffinus, Garobaldus, Ganducius, Armanus Saccus, Rubaldus Guerra, Gilius Carolus, Manfredus de Valentia, Obertus Moicius, Opizo Straneus, Armanus Morus, Anfusus de Trazono, Balerinus, & Vermus Platus, & domini de Rivalta scilicet Bonaccius, Anselmus, Guarcinus, Nicolaus, & Petrus, inde hanc chartam fieri rogaverunt ut supra. Actum in Cæsarea feliciter. Interfuerunt testes rogati Albertus Natta, Anselmus de Campo, Nigrinus, Berninus, Ottobonus de Foro, Vermus Felix.

*Sententia Henrici VI. adversus Albertum, & ejus fratres Marchiones de Incisa, ex quodam Dipl. Caroli IV. 1355. 3. non. febr. datum Pisis.*

M C X C I.

78

In nomine sanctæ, & individuæ Tripitatis. Henricus VI. Divina favente clementia Romanorum Rex, & semper Augustus maleficos suorum debet pœna scelerum comitari; fideles autem, ac devotos suæ meritum devotionis ampliari. Noverit itaque omnium fidelium imperii tam præsens ætas, quam successura posteritas, quod Alberto, & fratribus suis de Ancisa, quia publici erant aggressores viarum (1), nec ad suorum accusationem facinorum aliquam habuerunt accusationem, nec se venerunt defendere in Curia nostra, quum eos marchio Bonifacius accusaret de proditionis crimine tam in personis, quam in rebus Curia nostræ sententia condemnatis pœnam hanni infliximus, & omnia, quæ ante tempus condemnationis tenebantur, sive essent allodia, sive prædia Bonifacio marchioni Montisferrati, & hæredibus suis in rectum feudum dedimus, scilicet castrum Montisalti cum pertinentiis suis, castrum Rochetta cum pertinentiis suis, castrum Ancisæ cum pertinentiis suis, Castrum novum cum pertinentiis suis, Cerretum cum pertinentiis suis, Bergamascum cum pertinentiis suis, & quidquid supra dicti malefici tenebant in Cerrano, in Ritorto, Castronovo, seu Cassina, & quidquid habebant in duobus Car-